

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium am
cum fonte primo

Statera dolosa non tantum in mensuratione pecunie sed in iudiciaria discretione tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti, statera utique librat iniqua. Sed et is qui sua bene gesta meliora quam proximorum et sua errata iudicat leuiora statera dolosa, nec non et ille qui honera importabilia imponit in humeros hominum, ipse autem digito suo non uult tangere ea, eciam ille qui bona in publico et male agit in occulto, pro iniquitate libre dolose abhominabiliter a Domino; at qui sinceriter agit in omnibus, qui causam et causam equa lance discernit, is nimirum iusti iudicis uoluntati et actioni congruit.

Beda libro II. super Proverbiis: Statera dolosa et cetera.

Statera dolosa non tantum in mensuratione pecuniae sed et in iudiciaria discretione tenetur.
Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti, statera utique librat iniqua. Sed et is qui sua bene gesta meliora quam proximorum suaque errata iudicat leuiora trutina ponderatur dolosa, nec non et ille qui onera importabilia imponit in umeros hominum ipse autem uno dignito suo non uult ea tangere. Ille etiam qui bona in publico et mala agit in occulto pro iniquitate librae dolosae abominatur a domino; at qui sinceriter agit in omnibus, qui causam et causam aequa lance discernit, is nimirum iusti iudicis uoluntati et actioni congruit.

Beda Venerabilis, *In proverbia Salomonis*, 2, 11 (CCSL 119B, D. Hurst ed., p.69, ll.2-12).